Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

enim medicina equiuocatio ista descendit. Alia quę adunum re
ferunt ut si quis dicat. Vectatio salutaris est. esca salutaris est. hec
scilicet iccirco sunt equiuoca quod ad salutis unum uocabulum referuntur. Cur
autem prius de equiuocis quam de uniuocis tractatur. iccirco quod ipsa de
cem predicamenta cum diffinitionibus duusa sint. uno predicationis uoca
bulo nuncupantur. cuncta enim predicamenta dicimus. Ipsa uero predica
menta quam rerum genera sunt de subiectis rebus uniuoce predicantur.
Omne enim genus de specieb; propris uniuoce dicitur. Quare rectius primo
de omnium predicamentorum comuni uocabulo tractat. quam si quem
admodum singula de specieb; propris predicarentur exprimeret. At si
ut dictum est non de reb; sed de nominib; huius libri intentio est. cur
de equiuocis et non de equiuocationem tractaunt. Equiuoce namque res sunt
equiuocatio uero uocabulum. Iccirco quam ipsum nomen mich in se
retinet equiuocationis. non duusę sint res de quibus illud uocabulum
predicetur. Quare unde substantiam ipsa equiuocatio habet. de ip
sis dignum inchoatum est. Videtur autem aliquod esse equiuocationis quem
aristoteles omino non recepit. Ha sicut dicitur pes hominis ita quoque pes na
uis et pes montis. quę huiusmodi omnia secundum translationem dicuntur.
Translatio uero nullius propietatis est. Qare equiuoca nunquam sunt nisi propris
et immutabilib; subiecte res uocabulis appellentur. Sit autem talis
horum uniuersalis inspectio. Hecque enim omnis translatio ab equiuo
cationem seiungitur. sed ea tantum cum ad res habentes postrum uoca
bulum ab alia iam nominata re nomen ornatus causa transfertur.
Vt que iam dicta auriga. dicitur quoque gubernator. Si quis ornatus gratia
eum qui gubernator est dicat auriga. non erit auriga nomen equi
uocum. licet diuersa idem moderatorem curruis nauisque signi
ficet. Sed quoniam res quę uocabulo egent ab alia uero re quę habet
uocabulum sumunt. tem ista translatio equiuocationis retinet propietatem. ut ex homine uiuo ad picturam nomen hominis dictum est.
et de equiuocis hactenus.

Vniuoca uero dicuntur. quorum et nomen comune est et se
cundum nomen eadem substantię ratio. ut animal. homo atque
bos. Comuni enim nomine utrique animalia nuncupantur.